

8

DISPV TATIO SEPTIMA,

QVA

A C T A

S. APOSTOLORVM

EX SCRIPTORIBVS ANTIQVIS,

SACRO-PROFANIS, MAXIME EX PA-

TRIBVS ECCLESIASTICIS ET AVCTORIBVS

CLASSICIS GRAECO-ROMANIS

ILLVSTRATA,

IOAN. CASP. SANTOROCCVS,

Profess. Ord. Antiquit. Græco-Latinarum, nec
non Poësios & Pædagogiarcha,

P R A E S E S,

E T

IOAN. STEPHANVS WINTER/

Haffo-Sontranus, Stud. Phil.

R E S P O N D E N S ,

Publicæ Dnn. Commilit. disquisitioni

h. l. s. ad Calendas Martii CCXCV.

subjiciunt.

MARBVRGI CATTORVM,

Typis HENNINGI MÜLLERI, Acad. Typogr.



VIRIS AC DOMINIS,

Plurimum Reverendis, Doctissimis, Consultissimo, Nobilissimis, Spectatissimis, Prudentissimis,

D N. IOANNI GEORGIO RHODIO,
in Republ. Bremensi Florentissima Pastori Primario,

D N. IOANNI FRANCISCO HARTERTO,
apud Sontranos Pastori Vigilantissimo, ejusdemque Dicecensis Metropolitano Meritissimo,

D N. GEORGIO LEONI HÜLCHE NO,
Civitatis Sontranæ Archiprætori Gravissimo,

D N. MARTINO SIEJSCH HÜCH/
Ecclesiæ Wastmutianæ Pastori Fidelissimo,

D N. IOANNI GEORGIO KRÖZEGH/
Reipubl. Sontranæ h.t. Consuli Meritissimo,

D N. IOANNI IACOBO DORNMANN/
ejusdem Reipubl. Consulari Dignissimo,

Cateris denique d. Republ.

Dnn, Consularibus & Senatoribus Spectatissimis,

*Hæc studiorum suorum Academicorum
primitius*

D. D. D.

Joan. Stephanus Winter.

J. N. D. A.

DISPUTATIO SEPTIMA,

*Quā*ACTA S. APOSTOLORUM
ILLUSTRATA.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ. A. I.

VERS. IV.

καὶ συναλιζόμενοι πα-
τηγειλευ ἀντοῖς ἀπὸ ιεροσο-
λήμων μὴ χωρίσθαι, ἀλλὰ
περιμένειν τὴν ἐπαγγελίαν τῆς
Πατρός, ἣν ἡπέστατέ με.

Versio Vulg. Lat.

Et convescens, præcepit
cis, ab Ierosolymis ne disce-
derent, sed expectarent pro-
missionem Patris, quam au-
distis (inquit) per os meum.

PRÆMONITA.

S. I.



Ersamur adhuc in contextu *præfationis*, *Prefatio A-*
quam à S. Luca Actis Apostolicis præmis*dis. Apost.*
fam in præcedentibus Disputationibus di-*præmissa*
ximus. Fuit autem d. ista *præfatio*, sicut
tum temporis monūimus, bimembriis.

I. *Membrum* tradit brevem quandam repetitionem eo-*I. Membr.*
rum, quæ S. Lucas librō priori i. e. Evangelicō de vita Do-
mini Jesu Christi videlicet ante mortem crucis & resurre-
ctionem commemoravit. Vide, sis, Dispp. II, III, & IV,
A 2 ad Verff.

4 ACTA APOSTOLORUM Κεφ. α. I. ᶧ. 4.

II. Membr. ad Vers. I. & II. Cap. I. Actorum. *II. Membrum* continet succinctam recensionem eorum, quæ à gloriosâ Dn. J. Christi resurrectione usque ad triumphalem ipsius in cœlos ascensionem contigerunt; nempe spatiō dierum XL, quibus durantibus Salvator post d. suam resurrectionem in terris permanuit. Videatur Cap. I. Act. à Vers. III, usque ad finem Vers. XI, collat, cum Disputationib⁹ nostris quinta & sexta.

Connexio inter hanc & preced. Disput. indicatur. §. II. Hæremus quidem adhuc in secundo d. præfationis membro, nimur in succincta recensione eorum, quæ observante (*) Luca à resurrectione Dn. J. Christi ad ejus usque ascensionem contigerunt; at verò, ut disputationem hanc septimam cum præcedentibus clare & distinctè connectamus, liceat hic inferere generaliora quædam **SUMMARIA**, quæ in d. illo Ildo præfationis membro sub numero quinario comprehenduntur.

In Ildo Præfationis membro quinq; no-tanda sum maria. §. III. Dum S. Lucas totus est in eo, ut id, quod Dn. J. Christus XL diebus ante suam in cœlos ascensionem egerit, exponat, commemorat I. Quod Dn. J. Christus resurrectionem suam multis *reverendis* & apparitionibus confirmaverit. Cap. I. Act. ᶧ. 3. II. Quod Dn. J. C. disertè locutus fuerit ea, quæ ad Dei regnum spectant. Ibid. ᶧ. 3. III. Quod Dn. J. C. Apostolos jussit permanere Hierosolymis, ibique exspectare promissam Spiritus S. effusionem, Ibid. ᶧ. 4. & 5. IV. Quod Dn. J. C. colloquium de tempore erigendi regnum Dei habuerit. Ibid. ᶧ. 6,7,8. V. Quod Dn. J. C. his peractis in cœlos ascenderit. Ibid. ᶧ. 9, 10, 11.

Transf. ad III. sum- marium §. IV. Atque hæc ferè crunt generaliora illa *summaria* in d. secundo præfationis membro delineata. Quan-

(*) Cap. I. Actorum. Apostolicor. Vers. IIII. -- XI.

Cap. d. I. ¶ 4. SANCTORUM ILLUSTRATA. 5

tum ad *summarium* primum & secundum, ea jam (***) duo conti-
supra pertractavimus. Restat igitur, ut ordine propere. ^{nens obje-}
mus ad tertium nempe ad versum quartum & quintum,
quibus Dn. Jesus Christus Apostolis serio mandavit, ut
Hierosolymis permanentes Spiritus Sancti effusionem exspe-
ctarent. Duo autem in versibus his quarto & quinto
OBJECTA notanda veniunt, quorum *Imum* continet I. *Object.*
ipsum Salvatoris mandatum, quod jubet Apostolos Hie-
rosolymis permanere, promissionemque Patris coelestis
de Spiritu S. effundendo exspectare his verbis ¶ 4. *Kai*
συναλιζόμενοι παρηγένετοι αὐτοῖς απὸ ιεροσολύμων μὴ χω-
ρίζεσθαι, ἀλλὰ περιμένειν τὴν ἐπαγγελίαν τῆς Πατρὸς, ἣν
ηκόνστατε με. *IIdum* (scil. objectum) complectitur ipsam II. *Object.*
Spiritus S. effundendi promissionem his verbis ¶ 5. *Οὕτι*
τούτην μὲν ἐβάπτισεν ὑdati, ὑμεῖς δὲ βαπτισθήσοσθε ἐν
πνεύματi ὁγκῷ ὃν μελά τολμᾶς τάντας ημέρas.

§. V. Solum *primum* objectum d. *tertii* summarii, *Subdivisione*
scilicet mandatum Dn. J. Christi Apostolis datum, ut per *prioris ob-*
mancerent Hierosolymis, crit id, de quo Disputatione hac
septimā agere B. c. D. incipiems. Ut ergo bene distin-
guamus & doceamus, accuratoriis ordinis gratiā hanc
adhibere placet subdivisionem, ut ¶ 4. videamus PR I.
MO id, quod Domini nostri Jesu Christi mandatum
Hierosolymis permanere &c. praecepsit, his comprehensum
verbis: *Kai συναλιζόμενοι SECUNDO mandati 2. Pars.*
ejusdem tenorem his verbis: *Παρηγένετοι αὐτοῖς απὸ ιε-*
ροσολύμων μὴ χωρίζεσθαι, ἀλλὰ περιμένειν τὴν ἐπαγγε-
λίαν τῆς Πατρὸς, ἣν ηκόνστατε με. Atque hæc *primo-*
nitorum loco breviter monuisse sufficient.

A 3

PARSI,

(**) *Disputatt. V. & VI.*

6 ACTA APOSTOLORUM
PARS. I.

Kep. d. I. V. 4.

*De eo, quod mandatum Dn. Iesu Christi, scil. ut
Apostoli Hierosolymis permanentes promissionem
Patris expectarent, praeceperit.*

S. I.

*Aperitur
via ad per-
tractan-
dum parti-
cip. συναλιγόμενος.*

ANequam Dn. Jesus Christus, ut Apostoli Hierosolymis permanentes Patris promissionem expectarent, mandabat, aliquid praeceperit, id quod sacer codex modô loquendi significantissimô expressit, nempe per particip. συναλιγόμενος. Hoc vocab. licet duntaxat (a.) semel in Novo Testam. legatur, nec praeter hunc locum Aetoruni ullibi inveniatur, non tamen unâ cädemque ratione ab interpretibus, qui in varias gaudent abire sententias, legi & verti solet. Certè videtur d. vocabulum quædam quasi criticorum crux, quæ ipsos etiam Aristarchos interdum exercuit & torfit. Prout enim cuique luit legere & componere, ita interpretatio d. vocabuli facta est. Ut igitur omnia, quæ dictu & scriptu digna hue spectare videntur, in medium proferamus, hanc eligemus pertractandi methodum, ut notemus & examinemus

- I. Lectiones variantes
- II. Significationem
- III. Tempus, in quo
- IV. Locum, ad quem

LECTI-

ONES

variantes

participii

συναλιγό-

μενος

secun-

dum canon.

Crit. exa-

minanda.

S. II. Συναλιγόμενος est quidem lectio textûs recepti, sed observantibus lectionum variantium collectoribus mirè variat. Alii enim aliter legunt. Atqui hinc, triga

(a) Confer. Henr. Stephan. Concordant, Graco-Latin. in Nov. Test. verb. συναλιγουσι.

Kεφ. α. I ψ. 4. SANCTORUM ILLUSTRATA. 7

triga hæc: I Συναυλίζομενος. II. Συγκαλιστομένος. III. Συνελισθομένος. prognata. Quanti valoris hæ sint lectiones, hæc & sequi, disputatio appositè ponderabunt. Quod ut feliciori successu gaudeat, VIRI Virtute, Eruditione ac Dignitate AMPLISSIMI, SYNDICI in Republ. Bremeri Gravissimi, Domini GERHARDI van MASTRICHT (b) canones critici, secundum quos variantes N. Testamenti Græc. lectiones examinandæ & dijudicandæ, nos multum juvabunt. Certè, quod in transitu ingenuè fatemur, nemo non de eruditissimo hoc opere critico optimè sentire debet; quippe nec præsens, quod labitur, nec futurum, quod sequitur ævum, cessabunt CLAR. AUCTOR EM condignis decorare laudum præconiis. HIC IPSE nobis lampadem prætulit haud obscuram, qua lucente abusus omnium carum lectionum, quæ locum nullum inter variantes commerentur, facili labore detegi & explodi possunt. Ecquis hanc crisi atrō lapillō notandum existimabit? Nam cui bono & usui immensus iste fervor colligendi tot spissas variantium lectionum catervas, nisi duce & auspice crisi necessaria adhibeantur cautelæ. Atque hanc etiam fuisse causam Canonum d. conscribendorum, ex propria VIRI AMPLISSIMI confessione haud obscurè colligimus. Ita enim in (c) Prolegomenis suis solertissimis non sinè applausu effatur: Ad CANONES nunc, nervum hujus examinus, fulciendos properamus, si forte impetus ille coacervandi ulterius varias lectiones, qui nondum deferuit, aliquo modō inhiberi, & sanctissimus

(b) Vid. Nov. Test. Græcum, quod sub auspiciis AMPLISSIMI DOMINI G. D. T. M. D. ex officina Vketsteniana Amstelodami 1711. prodiit. Pag. 11---16. (c) Cl. G. D. T. M. D. Prolegom. pag. 48. Num. III. de confirmat. Canons Critic.

8 ACTA APOSTOLORUM κεφ. a. I. v. 4.

mus ille Codex à suspicionibus liberari posset. Habet Nov. Test. ex computatione Clar. D. Leusden 7959. versus, voces 4956. ad quas ultra XXX. millia variantium lectionum quæsta & indicata fuissent, merito mirandum. Si quis plura cupiat, prælaudata eruditissima prolegomena à CL. G. D. T. M. D. sive Novi Test. editioni præmissa conferat. Nostrum nunc est, ad scopum Disputationi præfixum collimare.

Prima lect. §. III. Prima varians lectione est συναντιζόμενος var. est sur- compos. ex præpos. σὺν & verb. ἀντιζόμαι, stabulor, per- nocto; ita ut συναντιζόμενος sit, ad idem habitatulum conveniens, sc. quod magis propriè, sub eodem teatro pernoctans. Constat d. hæc significatio ex Lexicographorum Stephanii & Scapulae monumentis: (d) ille quidem id ex Luciano & Xenophonte, (e) hic autem præter Lucianum & Xenophontem ex Thucydide probavit.

Leit. corav- §. IV. Sunt, qui var. lectionem vocab. συναντιζόμενος plane rejiciunt. Annumeramus his nominatim rejicitur a (f) J. vach. Camerarium, ut & (g) Joan. Boissium: nam ille Camer. Bois. vocat depravatam, hic merè σοχασική i. e. conjecturalem, nec libri alicuius sive veteris sive recentioris auctoritate &c. facile confirmandam. Idem sentit (h) J. CASP. SUICERUS: Verum, ait, hac lectione (scil. συναντιζόμενος) merè eß

(d) H. Steph. Thes. Greco. Ling. Tom. I. p. 627. sub rad. ἀντ in verb. συναντιζόμαι. Ibid. Lucian. ἵπποι συναντίσανται ἀπαρτεῖ. Et Xenoph. Pad. I. pag. 3. in fine: ἔξει τότοις εἰς τὴς τελείας ἄνδρας συναντιζόμαι. (e) J. Scapul. Lexic. Grac. Lat. sub rad. ἀντ in συναντιζόμαι & συναντιζόμαι. (f) J. Camer. Commentar. in Nov. fadus pag. 93. in h. l. Act. I. 4. (g) J. Bois. collat. Veter. Interpret. cum Boza, aliisq; recentioribus in Act. Apost. C. I. p. 347. (h) J. C. Suicer. Thesaur. Eccl. è Pat. Gracis Tom. II. p. 1107. in verb. συναντιζόμαι.

KEΦ. I. §. 4. SANCTORUM ILLUSTRATA.

est στοχασική, nec veterum codicum auctoritate confirmatur.
Proinde cùm συναλιζόμενος constanter legatur, &c. non
audiendi sunt illi, qui temere ea in Cod. authentico mutant,
que ipsorum palato non sapiente.

§. V. Quamvis elogia, quæ Triumviris istis Do- Sententia
ctissimis Camerario, Boſio & Suicero jure meritōque debe- Cam. Boſ.
mus, imminuenda nequaquam censeamus, licitum ta. & Suic.ex-
men esto, liberè confiteri, in quantum eorum sententiæ & penditur.
ex parte assentiamus, & ex parte dissentiamus. Assentia-
mus & in totum concedimus alteram lectionem (nempe
συναλιζόμενος) esse frequentiorem & probatiorem, sicut
hac & seqq. Disput. Octav. prolixè satis demonstrabitur. Af-
sentimus quoque CAMERARIO, esse lect. depravatam,
dissentimus autem & pernegamus BOISII & SUICERI
effatum, quo sinè ulla adhibita limitatione assurrit, le-
ctionem voc. συναλιζόμενος nullius sive veteris, sive re-
centioris libri s. codicis auctoritate confirmari posse. Con-
jecturae sunt haec puraque putaque, si quis sinè ullo fun-
damento conjicit, lectionem vocab. συναλιζόμενος esse
merè conjecturalem. Artibus conjecturalibus licet ire in
occultam, non autem in manifestam veritatem, qualis,
ut patebit ex seqq., est varians participii συναλιζόμενος
lectio.

§. VI. Errarunt igitur pralaudati Auctores, & er- Refutatio
rare potuerunt, quia errare videtur humanum, id quod Boſii &
nemo hominum à se alienum putabit. Cujusvis, inquit Suiceri.
(i) Cicero, hominis est errare, nullius, nisi insipientis, in
errone perseverare. Ne igitur nos in erronea opinione
cum errantibus perseveremus, rectam veritatis eruendæ
viam instabimus, ut contraria juxta se posita magis elu-
cescant.

10 ACTA APOSTOLORUM KęP. a. I. V. 4.

cescant. Id dum agitare conamur, nostrarum erit partium paulò diligentius inquirere, num sententia Doctissimorum illorum Virorum ita fese habeat, ut I. nullus unquam codicum MSS., II. nullig^z librorum veterum, atque III. recentiorum lectionem particip. συναντίζομεν^z agnoverint? Negamus autem & pernegamus omnes has conjecturas, quod tamen pace tantorum Virorum dictum velimus. Nihilominus licet nobis id, quod decens modestia semper permittere solet, nempe

Parcere personis, dicere de vitiis.

Codices VII. Quid Codices MSS. agnoverint lectio-
MSS. lect. nem συναντίζομεν^z, nemo, nisi pertinax, quem nihil
συναντίζο- motamur, ibit insicias. Nam I. (k) THOMÆ MONT-
peros agno- FORTII S. Theol. Professoris codex MS, qui primò fuit
scunt. e. gr. Fratris Froy olim Franciscani, postea Thomæ Clementis,
I. T. Mont- & denique Guil. Charci, Viri in literis Græcis versati insi-
fort. gniter, legit συναντίζομεν^z. II. (l) Codex vetustus
II. Cod. membranaccus continens Acta S. Ap. & epistolas omnes
Linc. à ROBERTO FLEMMING collegio LINCOLNI-
ENSI Oxonii dono datus legit itidem συναντίζομεν^z.
III. Cod. III. In codice quodam ex Gracia allato, quem appellant
Genev. (m) exemplar GENEVENSE similiter συναντίζομεν^z
reperi-

(k) Plura de Cod. Montfortii tradidit Cl. J. Millius Prolegom.
suis Nov. Test. premisis, Num. VII. pag. CXLIIX. in fin. & seq.
(l) Cod. hic vetustus dicitur Lincolnensis secundus, ad differentiam
alterius codicis Lincolniensis, qui dictus est primus, & continet
Evangelia. Vid. J. Millius Prolegom. Num. IX. & IX. pag. CXLIIX.
& CXLI. (m) Ita hic Cod. appellatur à J. Millio in Prolegom.
pag. CLXV. & CLXVI.



κεφ. d. I. V. 4. SANCTORUM ILLUSTRATA. 11

reperitur. (IV.) Codex MS. (n) secundus JOAN. CO IV. Cod.
VELLI, quem ipse cum quatuor aliis MSS, secum ex Cov.
Oriente advenit, eandem lectio. scil. συναντίζουσιν Θ. ex-
hibet. Codicem hunc, quod addimus, ann. Christi 1087.
Βασιλεοντος Αλεξανδρου της Κομηνης καη Νικολαος Πατριαρχης
conscriptum & in membranis continentem Acta S. Apost.
una cum Epistolis atque Apocalypsi, (o) Millius habet
numero librorum probatorum.

§. VIII. Quod præter Codd. MSS. etiam libris au. Libri Peter
etorum veteribus lectio hæc συναντίζουσιν Θ. non plane agnoscent
ignota fuerit, hoc non minus, quam illud esto in propa-
tulo. Nam I. quis ignorat, (p) EPIPHANIUM Salami-
nis vel (q) Constantiae in Cypro Episcopum, seculoque
quarto fiorentem legisse συναντίζουσιν Θ? Utique ita le-
gitimus in ejusdem (r) Αγανθαλαιωσει: Kαὶ, inquit, συνε-
θισσω, καη συναντίζουσιν Θ., i. e. ἐπι convesiens, ἐπι una
commorans. Quæ verba ipso(s) SUICERO fatente ad
h. loc. Actor. Apostol. spectant. II. (t) EUSEBIUS Cæsa. II. Euseb.
B 2 reæ

(n) Secundum hunc f. Covelli codicem nominarunt, iterum
ad discriumen primi, tertii, quarti & quinti, quos omnes Millius
cit. Proleg. pag. CLXIII. & CLXIV. accurate recensuit.
(o) f. Mill. ibid. pag. CLXIII. (p) De Epiphano, ejusq; scri-
ptis consule Hieron. Apol. 2. ad Rust. c. 114. de script. Ecclesi, in Ep.
Augustin. de her. ad Quod vult Deus. Joan. Damasc. Orat. I. de
Imag. Photium Cod. 122, 23, 24. Suid. Socr. Sozomen. Theodore.
Niceph. Sixtum Senens. in Biblioth. (q) Salamis, Salamine, Pli-
nio & Polyceno, postea Constantia, teste Stephanu, Urbs Cypræ in ora
Orient. Hoffman. Lexic. Univers. Lit. S. Tom. 2 pag. 293. (r) Epiph-
phan. Aeneas. pag. 524. (s) f. C. Suicer. Thes. Eccles. ex Patr.
Grec. Tom. 2. pag. 1107. vocab. συναντίζουσι. Num. II. (t) De hoc
Eusebio, ejusdemq; scriptis L. Moreri dans son grand Dictionnaire
Histor. Tom. 2. pag. 485. voc. Eusebe, multa tradidit.

12 ACTA APOSTOLORUM κεφ. ί. γ. 4.

rex Palæstinae Episcopus eodem d. seculo IV. vivens legit συναντιζόμεν^ς, quemadmodum ipsius (u) scripta memoriae prodita satis clarè demonstrant, quando apud eundem relatum legimus: Μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν τοῖς ἑαυτῷ μαθηταῖς καὶ Ἀποστόλοις συνῆν, διῆμερῶν τεσσαράκοντα ὁ ταπεινόμεν^ς ἀντοῖς καὶ συναντιζόμεν^ς &c. i. e. Post resurrectionem ex mortuis cum suis (scil. I. Christus) erat discipulis et Apostolis per dies XL. conspectus ab iis, et unā commorans &c. III. Animadventente (v) H. Stephano, Viro literarum Græcarum minimè experite, lectio hæc (συναντιζόμεν^ς) præter Epiphanium etiam apud ALIOS reperitur Scriptores Græcos, quos quidem, quia nominatim non proferuntur, querere & evolvere jam non vacat.

Libris recentior. *Auctor.* *lect. orationis* *non ignor.* *I. L. Vallæ.* Nunc ordo efflagitat, ut contra Boisium & Suicerum (vid. §. VI.) defendamus & sustineamus, quod lectio particip. συναντιζόμεν^ς ipsis quoque recentioribus libris innotuerit. Faciemus autem, quod solent, qui brevitati student, ne forsitan prolixior auctorum recentiorum series lecturis fastidium pariat. Agmen ducat (vv) LAURENTIUS VALLA, Canonicus Lateranensis, qui seculô post N. C. decimô quintô in Concilio Constantiensi inclaruit. Hic nequaquam dissimulavit, lectionem vocab. συναντιζόμεν^ς in rerum natura existere, sicut ex propria ipsius elicimus confessione: Neq^z, (x) ait, legere debemus conve-

(u) Euseb. Demonstrat. Evangel. Lib. VIII. pag. 249.
(v) Henr. Stephan. Thesaur. Græc. Ling. Tōm. I. in Them. ἀνδ. pag. 627. (vv) Laur. Valla Pontificis Romani Secretarius An. C. 1465. Romanam reversus obiit. Vid. P. Jov. elog. Erasm. in Cicer. Pogg. in invent. Voss. de Histor. Lat. Opmer. in Chron. (x) Laur. Vall.

Kep.. a I. v. 4. SANCTORUL ILLUSTRATA. 13

conveniens, sed conversans, συναντίζειν^{θετ.}, sive ut NB.
quidam Codices (ergo non omnes & singuli) habent, una
litera (scil. v.) exempta, συναντίζειν^{θετ.} &c. II. Excipiat II. Philip.

Vallam PHILIPPUS MELANCHTON vulgo Melancht.

Schwarzerd s. Hippophilus Melangaeus, quod nomen
eiusdem synonym., quique ab an. C. 1497. ad annum
usque 1560. per spacium 63. annorum vixit (y) approba-
vit lect. συναντίζειν^{θετ.} III. VICTORINO STRIGE- III. Victor.

LIO Suevo, olim Professori Jenensi, dein Lipsiensi, ac Strigel.

denique Heidelbergensi, qui ab an. C. 1524. per 45. annos

usque ad an. C. 1569. floruit, placuit d. lectio voc. συνα-

ντίζειν^{θετ.}, prout ipse ad (z) hunc locum reliquit scri-
ptum. Hic est, inquit, sensus verborum: Christus 40. dies

post resurrectionem & triumphum commoratus est in terra,

velut in castris, ubi hostes suos vicerat & profligaverat.

Nam NB. συναντίζειν^{θετ.} est verbum militare, significans

commorationem Ducis victoris in ipso vestigio commissi pra-
li.

IV. Addimus (a) HENRICUM STEPHANUM IV. Henr.

Parisensem, Roberti filium, suo tempore i.e. (b) seculo Stephan.

XVI. laude eruditio in literis Græc. dignissimum. Hicce

B 3

in

Vall. annotat. in Nov. Test. NB. Annotat. ha exstant impressa Pa-
rif. 1545. Ottav. & Basilea 1540. ac 1545. fol. Inserta quoque sunt
Bibl. Critic. Tom. VII. quena consulas ad v. 3. Cap. I. Actori. (y) A
Philipp. Melanchtone approbatum esse lect. συναντίζειν^{θετ.}, ipsi
Antagoniste, Boifius & Snicerus fatentur, ille quidem Collat. Vet.
Iuverp. cum Beza & recentior. in Act. Apoft., hic autem Thef. Ecc.
(z) Parr. Græc. Tom. 2. Num. II. pag. 1107. in voc. συναντίζειν^{θετ.}
(z) Act. I. 4. (a) De H. Stephano multa collegit Cl. Almeloveen,
M. D. in Dissertat. Epistol de viris Stephanor. (b) Sec. 16. floruit
H. Steph. nam etatis fuit 70. annor. & vixit ab an. C. 1528. usque
ad an. 1598.

in (c) Thesauro incomparabili mentem suam satis clare explicit, se potius malle legere συναντίζομενος, quam συναντίζομενος. Ita enim apud eundem relatum legimus: *Ego verò nihilominus συναντίζομενος* magis probo. Quantum pertinet ad rationes, quibus (d) ibidem quasi fulcimini bus d. lectionem perfulsiſt auctor, easdem in praſens nec adjiciemus, nec ad examen revocabimus. Fiet

V. L. Brug.
gens. N. Ze-
ger. & alii.

tamen sub initium disputationis nonæ. V. De (e) LUCA BRUGENSI, quondam Cathedralis Ecclesiae Audomagensis Decano, itemque de (f) NICOLAO ZEGERO, Minorita Bruxellensi, ut & de aliis recentioris ævi auctori- bus, qui foverunt lectionem συναντίζομενος, nulla jam verba faciemus, ne justos dicendi cancellos excedere vi- deamur.

Errarunt
Bois. & Sui-
cerus.

§. X. Quodsi ergo ex hactenus (g) dictis satis su- perque constet, lectionem voc. συναντίζομενος codici- bus MSS., ut & libris veterum recentiorumque auctorum non ignotam fuisse, sequitur necessariò, ut Duumviri isti Clarissimi BOISIUS & SUICERUS, comiter & mo- destè corrigendi sint. Errarunt enim & lapsi sunt, dum sinè omni (ut ajunt) Quiritium suffragio conjecturarunt, d. lectionem esse merè σοχασικην, nec codicum, nec libri alicuius sive veteris, sive recentioris auctoritate confirmari posse. Errarunt, inquam, boni illi viri, cætera doctissi- mi, vel, si verbum, errarunt, nimis durum & asperum so- nat, aliquid humani passi sunt, id quod nemo hominum à se alienum putabit, ne forte inhumanus audiat. Iter ergo ir- ritum

(c) *Thesaur. Græc. ling. Tom. I. pag. 627. sub rad. αντί, in verb. συναντίζουσι.* (d) *Ibid. scil. d. Thesaur. Gr. L. T. i. p. 627.*
(e) *L. Brug. notis in Act. Apost. Bibl. Crit. Tom. 7. ad h. l.* (f) *N. Zeger. ibid.* (g) *Confer Precedd. §. VII, §. IIIX, & §. IX.*

ritum tentarunt, vel ut cum (h) Theocrito loquar:
ἀλιθίνη ὁδὸν ἐνθοῦ. Nec miratur: haud omnia omnes
videmus atque possumus. Unus conjicit, alter detegit,
tertius probat & in apricum producit, quartus iterum
rejicit.

§. XI. Ast quorsum ferimus? In viam revertendum *Transficio*
est: poscit enim disputationis series, ut dicamus, quid de *ad rigidius*
proprio valore var. lectionis συναντίζουμε^ς judicemus. *lect. συναν-*
τίζουμε^ς *Satis* quidem prolixè (vid. §. VII. §. II. X. & §. IX.) modo
demonstravimus, quòd codices quidam MSS., Auctores
vereres & recentiores lectionem illam agnoverint, id au-
tem eo animo non factum, ut voc. συναντίζουμε^ς omni-
nō probaremus, sed ideo, ut solummodo pateret, *Boismum*
& *Suicerum* errāsse, quando falsò putārunt, lection. istam
esse merè σοχασμήν. His itaque conjecturis inter mal-
leum & incudem, ut ajunt, reliq̄is, nunc quidem ad ri-
gidius lectionis var. (*συναντίζουμε^ς*) examen properan-
dum esse censemus; sed de hoc Deo volente nostra
propediem insequens aget Disputatio ordi-
ne Octava.

M. O. Δ.

(h) Theocrit. Idyl. XVI. v. 9.

Finis Disputationis Septimæ.

COROLLARIA.

- I. Exemplaria S. Apostolorum autographa perierunt.
- II. Hinc non mirum, si progressu temporis vitio & dilan-
tium & scribentium multe variantes lectiones in apographa MSS.
scil. Nov. Test. irrepserint.
- III. His tamen lectionibus var. non obstantibus integritas
textus sacri N. T. illesa & salva permanxit.

PRÆSES

PRÆSES ad Dn. RESPONDENT.

O Di Theologum, qui geniō malō
Inductus, violat dogmata cœlica, Is, quem sancta Dei gratia dirigit,
Nec pœnas metuit Numinis hotuidas. Quem missis vitiis sacra volumina
Non est Theologus, qui temerarius Percepisse juvat; quemque peritura
Indulger cyathis atque libidini. Scriptura assiduis parta laboribus
Non est Theologus, qui gladiis furiat, Christi presbyteris annumerat piis;
Ut pernox strupitu compita compleat, Quique Timotheus nomine & omnię
Non est Theologus, quem tenet alex Hæc, WINTERE, probis ore p-
Lulus flagitiis plenus & improbus. Expendas, moneo: sic nihil arduum;
Non est Theologus, perfidae teus, Sic TE Theologi laus manet optimi.
Linguā vaniloquā falle, e queritans.
Equis

COMMITITONUM GRATULATIONES.

Ut tegit acris hyems & celat, qua tamen altâ
Ex terra verno tempore proveniunt.
Sic in WINTERO pulchra & doctrina latebat,
Quam docet hoc specimen landis honore probum.
Hæc nunc erumpit: florebit tempora multa
Marcescat nunquam: gratulor ex animo.

J. W. KRÜGER
Phil. Stud.

Es nobis gelidō dictus cognomine Winter!
Nomen non omen, suavis Amice, tenes.
Deponunt frondes hyemali frigore sylvæ,
Nec florū fructus conspiciebundus adeſt,
Tu verò amitis nunquam, WINTERE, virores,
Dulcis doctrinæ copia ubique micat.
Hoc cathedræ testantur, idem testatur & hæcce
Pagina, Musarum nectare plena: Vale!

PHILIPPUS HARLAH,
Bremanus, Studioſ. Philol.

In vastas raperis velox & fervidus attes
Per sacra Palladiæ fertiliora domus.
Hinc etiam celesti properat TIBI gloria etsū,
Metaque victori præmia digna feret,

JOAN. HENRICUS SIMON,
Halle-Cassellanus,

7e 2511


ULB Halle
002 379 813

3



7300

VDCH VD18



B.I.G.

Farbkarte #13

Black

Yellow

Green

Cyan

Blue

PC
de
t a
eur
fer
suf
reci
arg
E
pour
omi
Ne
esfer
du
dan
issin
am
a re
ntur.
que l
sf. 3
is, d
ocô p
d Ev
cos,
arter
xem
doce
pra
s. Q
I. tui
tant
z el
admit
larus
ofessor
N
uis D

8
7
6
5
4
3
2
1
Centimetres
Inches

DISPV TATIO SEPTIMA,
QVA
ACTA
S. APOSTOLORVM
EX SCRIP TORIBVS ANTIQVIS,
SACRO-PROFANIS, MAXIME EX PA-
TRIBVS ECCLESIASTICIS ET AVCTORIBVS
CLASSICIS GRAECO-ROMANIS
ILLVSTRATA,
IOAN. CASP. SANTOROCCVS,
Profess. Ord. Antiquit. Græco-Latinarum, nec
non Poësios & Pædagogiarcha,
PRAESES,
ET
IOAN. STEPHANVS BINGER/
Hassô-Sontranus, Stud. Phil.
RESPONDENS,
Publicæ Dnn. Commilit. disquisitioni
h. l. f. ad Calendas Martii CCCCI
subjiciunt.
MARBVRGI CATTORVM,
Typis HENNINGI MÜLLERI, Acad. Typogr.